



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita**

**Dominicus**

**Francofurti, 1613**

Calor

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

nis Impositio falsa & malitiosa secundum B. Thomam secundo q. 68. art. 3.

Vel sic:

Calumnia est aliquid in libris per fraudem & frustrationem vexatio; dicitur que a caluo, quod est decipio & frustror, tractum a militibus calais, qui omnibus solent esse derisui.

Calumnia est secundum Lucianum, delatio mentita odio, clamulium re calumniatori credita, delatio ad respondendum ac refellendum non admisso. Constat autem a tribus personis, perinde atque comicum argumentum: scilicet, delatore, delato, & auditore calumnie. Vide Lipsij & Luciani orationes de calumnia.

§ DIVISIO.

Duplex est calumnie genus, quorum alterum vituperando, alterum laudando, sanæ ac commodis hominum infidiatur: quorum postremum tanquam proprias sedes principum aulis sibi delegit, author Polybius lib. 4.

§ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Introduci sumus, vt deuoluat in nos calumniam, violenter subijciat seruituti. Genes. 43.

Non facias calumniam proximo tuo. Levit. 19.

Omni tempore calumniam sustineas, ne habeas qui liberet te. Dent. 28.

Si quempiam calumniatus sum, si oppressi alique, si de manu munus accepi, & contemniam illud hodie, restituiamque voqis. Regum 12.

Feci iudicium & iustitiam, non tradas me calumniatibus me. Psal. 118.

Dux indiget prudentia, multos opprimet per calumniam. Prou. 28.

Vidi calumnias, quæ sub sole geruntur, & lachrymas innocentium, & neminem consolatorem. Ecclesi. 45.

Si videris calumnias egenorum, & violenta iudicia, & subverti iustitiam in provincia, non mireris, ibid. 5.

A tribus timuit cor meum, & a quarto facies mea metuit, delatorem ciuitatis, & collectionem populi, & calumniam mendacem. Ecclesi. 26.

Qui proijcit calumniam & auaritiam ex calumnia, in excelsis habitabit. Esai. 33.

Recede procul a calumnia. ibid. 54.

Hæc est ciuitas visitationis, omnis calumnia in medio eius. Ierem. 6.

Aduentæ & pupillo & viduæ non feceris calumniam, & habitabo vobiscum. ibid. 7.

Eruite vi oppressum de manu calumniantis. ibid. 21.

Quia calumniatus est, & vim fecit fratri suo, ecce mortuus est in iniquitate sua. Ezech. 18.

Populi terræ calumniabantur calumniam, & rapiebant violenter, egenum & pauperem afflixerunt, & opprimebant calumnia absque iudicio. ibid. 22.

Congregamini super montes Samariæ, & videte infanias multas in medio eius, & calumniam patientes in penetralibus eius. Amos cap. 3.

Audite verbum hoc, vacæ pingues, quæ estis in monte Samariæ, qui calumniam facitis egenis. idem 4.

Viduam & pupillam & aduenam & pauperem nolite calumniari. Zach. 7.

Accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maledicis, aduultis & perituris, & calumniatur mercedem mercenarij. Mal. 3.

Eos, qui transibant simpliciter, conuertistis in bellum. Mich. 2.

Neminem concutiaris, neque calumniam faciat, & contenti estote stipendijs vestris. Luc. 3.

Quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini. Sed vos iniuriam facitis, & fraudatis, & hoc fratribus. 1. Corinth. 6.

§ PATRYM SENTENTIÆ.

Ad calumnias tacendum non est, non vt contradicendo nos vicificamur: sed nemendacio inoffensum progressum permitamus: aut eos qui seducti sunt, damno inhære sinamus. Basil. epist. 55.

Qui lapide ictus est, querit medicum: ictus autem calumnie grauius quam lapides ferunt. Est enim calumnia claua & gladius & iaculum incurabile, vt ait Salomon. Sed his veritas mederi potest, quæ vbi negligitur, vulnera acerbiora fiunt. Athan. Apol.

§ POETICÆ SENTENTIÆ.

Menander.

Νικῶν δὲ καὶ δι' ἁβολῆς τὰ κρείττονα.

Vincit enim semper calumnia presantiora.

Cleanthes.

Κακὴν ὄψεσθαι εὐδὲν δι' ἁβολῆς ἴσται,

ἀπὸ τῆς γὰρ ἀπαιτίας αὐτὸν κτενοῦσιν.

Miles amplexus in peris τὰ κέ ἐν ἀπαιτίῳ.

189

§ SIMILITUDO.

Quomodo quædam in oblectamentum & iocum suum, vt corum solutio imperio difficilis sit: quæ ille, qui nec rilo negotio separatur, quia commissuras eorum & nihilominus illa habent aliquam voluptatem, tenentur animorum, & intentionem excitant: Ita hæc caliditas, & infidiosa; securitatem & torporem ac segniorem auferunt; quibus modo campus in quo vagentur, modo resti, aliquid & confragosi obijciendum, per se & sollicitè vestigium faciant. lib. 5. de Beneficijs.

Vide Arguta, Astutia, Prudentia.

Calor.

DEFINITIO ET ETYMOL.

Caliditas. Hebr. Cham, à verbo Chamah, Incaluit exaruit. Græc. Ίστος, ἄστος. Calere dicitur res per translationem metaphora sumpta à fabris ferrarijs, qui ferrum candens æga cæmerunt, statim eudunt, ne mora interposita durum machabile. Transfertur ad animum.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Calor omnis eiusmodi esse debeat, vt concoqui possit, & calorem efficiat; calor in naturis animatis omnibus insit. lib. 4. de animo, c. 4. T. 50.

Calor autem auget consuetudine cibum, atque id quod leuitate alit. Et allicit: id autem quod salum est & amarum, & ignitatem respicit. lib. de Sensu, cap. 4. Et libro de Adulesc.

Calor partes, omnesque corpus, animantium calorem quendam habent: itaque dum viuunt, calida sunt: cum moriuntur, frigiditas contra frigida. libro de Adulesc. cap. 2.

Calor autem tum denique ea quibus datum est, deficit, cum caliditas non refrigeratur. lib. de respir. c. 7.

Vide Ignis, Mars, Vita.

Calumnia.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Calumnia, Græc. ἁβολῆς, ἁδὲν ἁβόλην, calumniator, dicitur. Calumniator Hebræi varijs vocibus exprimunt. id est, Dibbabb, Calumnia late dispersa instar fumus, infamia, calumnia, à verbo ἁβόλην, fumum tenentem ex ore emisit. Nihil est enim calumnia, nisi fumus in alius nomen sparsus. Et vox Græca ἁβόλην alludere videtur. 2. Relimma, contumelia, à verbo ἁβόλην, contumeliosus verbis exagitatus est, propius Latinum notum videtur. 3. Hefhek à verbo ἁβόλην, decepit, sycochanta egit ad euerendum alique. Dophi, Offensio, offendiculum. Num. 30. 32. Quæ omnia calumnie ingenium aperiant.

Calumnia Latine dicta est à Caluendo, quod prisco verbo frugere & decipere significabat. Omnis enim calumnia mendacium aut fucum auctorem habet. Græci δὲ ἁβόλην appositè, quod quasi traiciat ac penetret, & noxio linguæ velo defigat. finis scilicet illi primus fallere, quod Latini dicunt: ledere quod Græci: sed irrito conatu. Et est crimi-